euadere solet Cuius ipse fert
a die iacti seminis tricesi-
mo die maturescere Con-
sistere autem ibi homines non
alia racio facit quam quod
omnes tributo liberi sunt
Extrema siquidem cyrenensium
ora est deserto illi conti-
gua quod inter egyptum
et affricam interiacet per
quod olim cato cesarem fugi-
ens duxit exercitum Ergo
ad tugurium illud quod emi-
nus conspexeram pertendi
Invenio senem in veste pel-
licia molam manu verten-
tem Consalutatus accepit
nos benigne eiectos nos
in illud litus exponimus
et me statim repetere cur-
sum passimus maris molli-
cia attineri Egressos inter-
ram ut est mos humani
ingenij naturam locorum cul-
tumque habitancium voluisse
cognoscere christianos nos
esse id precipue querere
an essent aliqui inter illas
solitudines christiani Tum
vero ille flens gaudio ad
genua nostra provolvitur Ite-
rum nos ac sepius exoscula-
tos invitat ad oracionem Dein

positis in terra berbicum pel-
libus facit nos discumbere
apponit prandium sane lo-
cupletissimum dimidium panis
hordeacium Eramus autem nos
quatuor ipse erat quintus
fasciculum eciam herbe intu-
lit cuius nomen excidit que
mente similis exuberans
folijs sapore mellis presta-
bat huius preclari admo-
dum suavitate delectati atque
exsaciati sumus Adhec sub-
ridens ego ad gallum meum
Quid inquam galle placet-
ne tibi prandium fasciculus
herbarum et panis dimidius
viris quinque Tum ille sic
est verecundissimus aliquan-
tulum erubescens dum fati-
gacione mea accepit Facis
inquit sulpici tuo more qui
nullam occasionem si qua
tibi porrecta fuerit omittis
quin nos edacitatis fatiges
Sed facis inhumane qui
nos gallos homines cogis
exemplo angelorum vivere
Quamquam ego studio mandu-
candi etiam angelos mandu-
care credam Nam istud dimi-
dium hordeacium timeo vel

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20242v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20242v)